

Zf
660, 661

Shoenniker

Abhandlungen

1745



1620 px

1109

19 42K 856

CVM

VIR SUMME REUERENDUS AMPLISSIMUS
ATQUE DOCTISSIMUS,

DOMINUS
M. IOAN. DAUID
THOENNIKER

QVI

PASTORIS PRIMARI, ADIVNCTI CYGNEEN-
SIS DIOECESEOS, ET EPHORI SCHOLAE SCHNEE-
BERGAE HVC VSQVE SVMMA CVM LAVDE
ORNAUIT SPARTAM,

E CATHEDRA SACRA VLTIMVM VALE SCHNEEBERGAE DIE DOMINICO
XVII. POST FESTVM S. S. TRIADI DIEM A.R., S. 1719 17 CC XXXXVII
ACCLAMASSET,

ABITVMQVE AD CAPESSENDVM MVNVS

SVPERATTENDENTIS ET PASTORIS
BORNENSIS PARARET,

PIETATEM SVAM HIS EXIGVIS VERSIBVS DECLARARE
VOLVERVNT

PRAECEPTORES SCHOLAE SCHNEEBERGENSIS.

IMPRESSIT CAROLVS GVILIELMVS FVLDA.



Born





Promouet certo mage nil scholarum,
 Quae loco gaudent stabili, salutem,
 Nil scholis tantos parietque fructus,
 Quam bonus ordo.

Ordo sustentat stabilitque cuncta.
 Iunge dumeto violas, rosasque,
 Flosculos dulces, lolio nocuio;
 Flosque peribit.

Ordinem tali ratione tollas
 E scholis; istae subitam ruina
 Sentient, omnis fugiet venustas,
 Flore carebunt.

TV scholae nostrae columen decusque,
 Fautor, et prudens Ephorus fuisti;
 Ordinem seruans, adamans docentes,
 PRAESVL AMANDE.

Hinc Tuum Nomen merito locutus
 Quisque, TE summo celebrare cultu
 Nisus, ornauit veneratione,
 Qua decet, omni.

Magnus hinc nostros cruciatus angit,
 Angor ac ardens, animos: relinquis
 Arua Schneebergae gemebunda, dum TE
 Borna vocauit.

At datur merces meritis Tuis sic
 Iusta, rem totam Deus et gubernat,
 Omne qui nutu regit, atque seruat
 Ordine iusto.

Hinc eas felix, vegetusque viuas
 GENTE cum CARA, celebrata fama
 Crescito, multas videasque messes!
 I pede fausto!

Sic bona verba dicere, & abitum Summe Reuerendo Domino
 Superattendenti gratulari voluit, debuit

Daniel Traugott Muller,
 Rector.

1771

Borna vocat: Venias! venias ad pulpita templi,
THOENICKERE, doce, namque carent capite,
Fama loquax gnavaum, fidum, doctumque piumque
Verbis et factis TE, VENERANDE, canit.
Ast contra Schneeberga petit, FIDISSIME PASTOR,
Perfata, et pascere Tuum ducque reducere gregem;
Omni quam duxi cura per pascua laeta.
Verum, ni fallor, talia voce refers;
Me vocat Omnipotens, cui non obfistere possum,
Hinc sequor omnino, quo pia fata volunt.
Nos equidem nostras lugemus pectore partes;
Sed cum decretum est ad bona fata Dei;
Nos non rimamur, verum id veneramur in imo
Pectore, dicentes: Fiat agente Deo!
Tu modo, VIR SVAVIS, viuas per tempora multa,
Et cum stirpe Tua prospera cuncta cape.
Dicitur a multis mutatio pernitiola,
Ast TIBI non oblit, sed meliora parer.
Quod reliquum, semper maneat non immemor vrbis
Nostrae, sed calidis adde Tuis precibus.

Sic
Summam Ephori Spartam apud Bornenses suo Patrono Hono-
ratiissimo ex debita mentis obsequantia gratulari voluit

Joh. Henr. Sachsé,
Schol. ConR.

Quò est quis doctior, eò et humanior.

Boetium ingenium placida mollitur ab arte,
Et studio mores convenienter eunt.
Adde, quod ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores, nec finit esse feros.
Hoc demonstrari exemplis posset fere multis,
Sed rebus claris esse necesse nego.
Et quamvis exempla queant contraria dici,
Quae vitium durae rusticitatis habent.
Præcipue tamen hæc doctis pia pulchraque virtus
In quarto Proprium dicitur esse modo.
Sunt igitur non longe exempla remota petenda,
Instar cum præfens (*) omnium adesse queat.
Nullus erit, qui Te novit Summe Reverende,
Qui Te non magnis laudibus afficeret.
Quod decor eloquii atque profunda scientia rerum
Et comis bonitas hic et ubique patent
Præcipuis quod sis Oleo tranquillior omni,
Tecum versari quilibet inde cupit.
Ut taceam reliquas virtutes laudeque dignas,
Quae Te commendant præque aliis decorant.
Hinc non $\mu\omega\sigma$ sed $\Phi\iota\lambda\alpha\sigma\theta\epsilon\omega\sigma$ jure mereris
Dici, qui jamjam rite vocatus abis.
Non nisi cum moerore gravi dimittere possunt
Omnes nunc cives nostraque tota Schola.
Sed quia Summi abitus sic disponente Pronoea,
Fit citra dubium Vir venerande tuus.
Est æquum ut Domini iustum numrumque sequaris
Et tendas cursum, quo tua fata trahunt.
Ergo hæc urbs Te dimittit Patrone colende,
Sub votoque omnis prosperitatis abis.

Det Summus, sceleratos convertas ut ibidem,
Ad Christum, verbo mox mediante sacro.
Ac auscultantes omnes tua mellea verba
Introeam Tecum regna beata Poli.

*) Nimirum Tit. M. Johann David
Thoenniker hoc usque per novennium, et
quod excurrit, fidelissimus et vigilantis-
simus Pastor Primarius nostraeque Scholae
Inspector gravissimus, nunc vero singula-
ri Dei Providentia legitime vocatus di-
gnissimeque confirmatus Superintendens
Dioceseos Bornensis,

His adjectam singularem Domini Tot. Tit. M. Johann
David Thoennikeri dignissimi Super-Intendentis Dio-
ceseos Bornensis erga quemvis exhibitam *Quaerispon-
tias* pauca delineare, quam eundem perendie a nobis
abiturum cum devoto omnigenae prosperitatis et bene-
dictionis voto comitari voluit, debuit

Christian Umlauf

Cant., et Director Music. nec non Collegiarum senior brevi
quadragessimum nonum officii sui annum Deo
favente absolvetur,

Bornâ, meae menti quos vis inferre dolores?
Abducens istum, qui mihi carus erat,
Deliciaeque mei populi: qui pectore moestas
Emitrit quietus, tristia verba loquens.
Sic Schneeberga suum tentat proferre dolorem,
Aclamataque TIBI, PASTOR AMANDE: Vale!
Quid mirum, moeror si nostros occupat artus?
Nam sic Fautorem perdo, decusque meum.
At nutum sequeris Summi, Chrysolome Noster,
Numinis: hinc felix atque beatus eris.
Gratulor hinc summum, quem nunc ornabis honorem.
I, Dilecte Deo, quo Deus ipse vocat!

Hic pauca elegit ultimum Vale Maccenatis sui Ingei,
Eumque pio omnis prosperitatis voto comitatur

Joannes Christophorus Stumpff

Coll. III.

Abscissos capiti quantus mox permeat artus,
Tantus et inuadit nostra Lycaea rigor;
Cum caput illorum, TV, Thoanikere, celebre,
Linquens nostram urbem praepes abire paras.
Me, certe lugubres elegos tentare volentem,
Et dolor et moeror scribere posse negant.
Verum quid doleo? cum nunc sic fata tulerunt
Sat, nobis equidem tristitia, laeta Tibi?
Faceat moeror, querulae cedatis amori
Voces, succedant vota precesque piae:
I Decus, i, patriae, quod comprecor, omine fausto!
I, quo Te Numen, Te populusque vocat!
Sic laeti faustique Tibi, sic Nestoris anni
Labantur, quibus faustus eatque dies!
Sic viuas viresque Tua cum Gente Beata!
Alt et Schneebergae sis memor atque mei.

Haec pauca in Honorem Viri Summe Reuerendi Ephori
Bornensis ex debita animi observantia gratulabun-
dus adicere voluit

Christianus Gottlieb Vogelius,

Coll. IV.



Inv. Zf 660^b

JK

ULB Halle

3

005 935 989





1000 px

1109

19 JAN 856

CVM

VIR SUMME REUERENDUS AMPLISSIMUS

QUE DOCTISSIMUS,

DOMINUS

AN. DAUID

OENNIKER

QVI

MARII, ADIVNCTI CYGNEEN-

S, ET EPHORI SCHOLAE SCHNEE-

VC VSQVE SVMMA CVM LAVDE

ORNAVIT SPARTAM,

ULTIMUM VALE SCHNEEBERGAE DIE DOMINICO

CVM S.S. TRIADI DIEM A.R., S. MDCCCXXXV

ACCLAMASSET,

QUE AD CAPESSENDVM MVNVS

ENDENTIS ET PASTORIS

ORNENSIS PARARET,

AM HIS EXIGVIS VERSIBVS DECLARARE

VOLVERVNT

ES SCHOLAE SCHNEEBERGENSIS.

CESSIT CAROLVS GVILIELMVS FVLDA.



Pon